N. 1389.

CURRENDA VI.

A. D. 1866.

N. 1030.

Testimonia obitus subditorum e regnis Saxonicis Ducalibus et magnoducalibus g r a t i s exaranda &c.

Ordinatio haec. Exc. C. R. Locumt. Commissionis Cracov. legitur in subsequo Ejus Circulari de 9. Mart. 1866 N. 6624 quod ita sonat: *)

„Das hohe k. k. Staatsministerium für Cultus und Unterricht hat mit Erlaß v. 23. Februar 1866 Z. 1573/C. U. folgendes anher bedeutet.

Zu Folge einer an Hochdasselbe gelangten Zuschrift des hohen k. k. Kriegsministeriums vom 18. Februar l. J. Z. 742 beabsichtigt dasselbe die Bestimmungen wegen Ausfertigung und weiterer Behandlung von legalisirten Todtenscheinen über die in der k. k. Armee gestorbenen Angehörigen des Königreiches Sachsen auch auf die Unterthanen der großherzoglich und herzoglich-sächsischen Staaten, insoweit selbe der Militia vaga angehören, zu erstrecken; zumal aus dem dem k. k. Ministerium des Äußern von der kaiserlichen Gesandschaft in Dresden zugekommenen Zuschriften hervorgeht, daß der fragliche Usus in den Herzogthümern Coburg-Gotha und Altenburg bereits seit Jahren besteht, ferner daß die großherzogliche Regierung zu Meinnigen sich bereit erklärt hat, eine ähnliche Maßregel zu treffen, sobald

---

*) **„Czas“** rursus in Nro 77 sub 5. April. Lectoribus suis, pro hebdomade Paschatis propinavit correspondentiam Tarnovia, contra **Currendam** II, eccles. quæ vitio vertit nimis, quod Rescripta Alti Regiminis contineat in lingua *germanica,* ac si Clerus hujus esset *germanus;* quod 2. solummodo articuli lingua patria conscripti leguntur, immo publicatio lectulorum ferreorum &c. Viennæ venalium in opusculo periodico! Mirum in modum debachatur et lacrimatur, ac si Consistorium hujas feratur odio in *nationalitatem polon.* protegatque exteros &c.

Ne pusillus grex in errorem deducatur neve odio simili succendatur, verba veritatis tandem aliquando in medium proferamus oportet.

a) Currendæ non trahantur ad Ephemeridum classem, quæ *una* lingua, lucri sæpe insignis causa divulgat sua,. sed est *congeries* publicationum tribus in liguis, prout Articuli a resp. Referentibus pro hoc non solutis concepti, preli ergo traduntur.

b) Linguam *germanicam,* contra quam bellum continuo movetur, callet jam Ven. Clerus jam spect. Magisterium scholar,.. idcirco Rescripta, Circularia Alti Regiminis, in lingua *originali* suppeditamus, quia et vires et auctoritas pro versione deficiunt; quia talium versio, ut vim legalem assequeretur, Exc. C. R. Regimini pro approbatione subjicienda foret.

derselben der Wortlaut der dießfälligen zwischen dem Kaiserthume Österreich und dem Königreiche Sachsen getroffenen Uibereinkunft mitgetheilt werden wird.

Da das hohe Staatsministerium mit dem Anfangs zitirten Erlasse die in dem Erlasse des bestandenen Ministeriums für C. u. U. vom 21. Jänner 1858 Z. 42 (intimirt mit dem Erlasse der bestandenen Landes-Regierung zu Krakau vom 6. März 1858 Z. 3225*) wegen unentgeldlicher Ausstellung von gehörig legalisirten Todtenscheinen der in Österreich verstorbenen Angehörigen des Königreiches Sachsen enthaltenen Bestimmungen auch auf die gleichen Sterbfälle von Militär-Personen der militia stabilis und von Civilpersonen der oben erwähnten Staaten auszudehnen fand, so werden die Unterbehörden ersucht, die den Consistorien unterstehenden mit der Matrikenführung betrauten Funktionäre des Krakauer Verwaltungsgebietes anzuweisen, über die in dem Bereiche ihrer Wirksamkeit vorkommenden Todesfälle von Unterthanen der großherzoglich und herzoglich sächsischen Staaten von Amtswegen ungestempelte Todtenscheine auszufertigen, und dieselben Behufs der nöthigen Legalisirung an das k. k. betreffende Bezirksamt zu leiten, welches letzterer solche Todtenscheine der k. k. Statthalterei-Commission zur weiteren Beförderung an das k. k. Ministerium des Äußern vorzulegen haben wird.

Dieser Erlaß wird sämmtlichen Herrn Kreisvorständen und dem Magistrate in Krakau mit dem weitern Auftrage zugestellt, von dieser Anordnung die sämmtlichen Vorstände der unterstehenden israelitischen Gemeinden zur genauesten Darnachachtung in die Kenntniß zu setzen.

Haec pro notitia et observatione. **Tarnoviae die 12. Aprilis 1866.**

---

c) Quoniam frequentes emergunt correspondentiæ tum Ven. Cleri tum Spect. Magisterii scholarum cum altioribus Subselliis, praeprimis Viennensibus; quoniam P. T. Magistri scholarum opuscula paedagogica, didactica in lingua *germanica* congesta pro sui eruditione, in defectu opusculorum levioris etiam pretii polon. volvere coguntur; imo etiam V. Clerus suae eruditionis in theutonicis quaerit incrementa; quia nexus inter ambas nationes frequentissimus... ejusmodi originalium publicationes potius beneficio quam detrimento esse reputantur. Quo majori quis linguarum thesauro gaudet, nonne fortunatior esse censetur? Fert proverbium: „Quot linqua scalles; tot homines vales."

d) Insuper praxis in Consistoriis Regni hujus recepta est, ut Rescripta Alti Regiminis in ea lingua, in qua ad Nos pertingunt, vulgentur.

e) Quod publicationes **lectorum ferreorum** &c., contra quas **„Czas"** tantum excitat clamorem, imo in risum vertit &c. &c. etsi haud pertineant ad res Ecclesiasticas, attamen eis indigent Personae ecclesiasticae; imprimis Cooperatores utpote non *stabiles*... ob commodiorem transportationem.... publicationes quoque de societatibus assecurationum, elocationum variis similiter non redolent ecclesiasticis, attamen hujus sæculi progressores nullam desuper effutiunt cavillationem — imo expetunt publicationem — Quicumque supplicat, et quacumque in lingua, suscipitur, et publicanda, in quantum admittit decorum, aut suadet commodum... publicantur.

*) Publicatum in Currenda VI. A. 1858 sub Nr. 892.

N. 1203.

Exemplaria 80 libelli „Missions-Notizen aus dem h. Lande“.. IX. Heft 1866 pro A. 1865. emittuntur.

Ven. Generalis Commisariatus Terræ sanctae Viennensis Litt. d. 28 Mart. a. c. offerendo pro Dioecesi hujate in thesseram gratitudinis suae... praelaudata exemplaria, commendat Missiones in Terra, ubi Magister et Salvator Noster perfecit opus redemptionis nostræ pretiosissimum ulteriori favori.

Ex his pro Decanatibus, qui in donis pro Terra sancta excellunt, eorum plura penes Currendam hanc emittuntur.

In ipsis Ven. Clerus cum laetitia conspiciet pag. 53. dona Dioecesis Suæ in quota 211 fl. 64 cent. ex A. 1865. ac dona alia e variis Imperii Austriaci oris amplissima, quæ, ut pagina 58. 59 testatur, omnia simul efficiunt quotam 39005 fl. 80 ½ xr. expensas vero 28318 fl. 50 xr. nec non varia instituta, stationesve Cathol. et non Catholicorum, consignationem peregrinatium &c. &c. inveniet, admirabiturque opus Dei conspicuum inter Catholicos... inflammatus ad munuscula ulteriora. Tarnoviæ die 12. April. 1866.

L. 1313.

I. „Dzieje powszechne“ P. Zarańskiego ku zapisaniu i t. d. polecają się.

Pan Stanisław *Zarański* wydaje w Krakowie „Dzieje powszechne“ w 6 tomach, z których dwa pierwsze zawierają erę „przed chrześciańską“, następne zaś cztery obejmują erę „chrześciańską“. Z dzieła tego, wyposażonego symbolicznymi dziejobrazami starannie na stali wyrytymi, wychodzi teraz tom drugi. Wątpić nie można, że tak znakomite w języku ojczystym napisane dzieło znajdzie licznych nabywcy, którzy tém samém do jego zupełnego, z wielkiemi kosztami połączonego wydania pomocną przyłożą rękę. Aby zaś nabycie wspomnionego dzieła życzącym sobie takowe posiadać ułatwić, szanowny Autor zaniósł do Nas prośbę, aby mu imiona wszystkich P. T. Księży z całéj dyecezyi, jako téż i tych świeckich Osób, któreby powyżéj wymienione dzieło posiadać chciały, dokładnie spisane przesłał. *Udaję się* Autor przez Nas do Wielebnych i Czcigodnych Księży Dziekanów z prośbą, aby raczyli w Dekanatach swoich wiadomość o niniejszém ogłoszeniu łaskawie udzielić także i Osobom świeckim, spisać wszystkich tych panów, którzy sobie „Dzieje powszechne“ życzą, i spis ten listownie na ręce Ks. Dra Turleja, Profes. tutejszego przesłać; który zaś otrzymawszy go bezzwłocznie uwiadomi o tém Autora, a Tenże każdemu P. T. Księdzu Dziekanowi tyle egzemplarzy w celu rozdzielenia ich nadeszle, ile w każdym dekanacie zbierze się Osób dzieło to nabywających. Rozumié się, że przesyłka egzemplarzy na ręce Wielebnych Księży Dziekanów będzie przez Autora opłaconą, tak iż żaden z nich na jakikolwiek wydatek narażonym nie będzie; dopiero po doręczonych egzemplarzach należytość zebraną Wielebni księża Dziekani raczą przesłać na ręce Autora, albo „Towarzy-

stwa naukowego" w Krakowie. Gdyby zaś niektórzy z P. T. Ks. Dziekanów woleli zebrane pieniądze przesłać na J. K. Turleja ręce do Tarnowa, chętnie takowe odbierze, i zgromadzone ze wszystkich Dekanatów razem do Krakowa odeszle, co podług naszego zdania, i wyrażonego życzenia Autora w liście do JK. Turleja napisanym byłoby nawet rzeczą lepszą.

Ufamy w Bogu, że Wielebni Księża Dziekani prośby Autora nie odrzucą, ale owszem w łaskawości swojéj raczą się przyczynić do rozszerzenia tak znakomitego i pożytecznego dzieła, które w ojczystém piśmienictwie naszém miejsce wysokie zajmować będzie.

Tarnów dnia 5. kwietnia 1866.

II. Odezwa od Sz. Wydawnictwa dzieł tanich i pożytecznych pod Kierownictwem W. P. Franciszka Trzecieskiego, Posła Ziemi Sandeckiéj.

„Im powszechniejsza oświata w narodzie, tem pomyślnieszy byt jego materyalny, tem większe szczęście moralne, tem silniejsza miłość wzajemna, tem większe u każdego dla praw poszanowanie.

Jeżeli z jednéj strony jako pewnik przyjąć należy, że dobrze urządzone szkoły i zakłady naukowe są główną dźwignią oświaty krajowéj, tak z drugiéj śmiało twierdzić można, że dobra, jędrna i do wykształcenia ludności zastosowana literatura, budzi zamiłowanie do nauki i pracy, i znacznie się przyczynia do rozpowszechnienia i podniesienia wiedzy narodowéj.

Ułatwiać przystęp doborowéj literaturze do domów nawet mniéj zamożnych, utworzyć rozliczne księgozbiory obejmujące całokształt umiejętności, przychodzić w pomoc ludziom, którzy talentem i pracą zdobyli wysoki stopień wiedzy naukowéj, nabywając i rozpowszechniając w licznych egzemplarzach ich prace, — byłoby w zakresie naszéj działalności i godnem zadaniem ludzi gorąco kraj swój miłujących, usiłujących podnieść naukę i wiedzę w narodzie. — takie są cele, jakie osiągnąć pragnę wydawnictwem dzieł tanich, i pożytecznych, którego zadanie osobnym prospectem jest określone.

Od lat wielu niespuszczałem tego ważnego przedsięwzięcia z uwagi, zachodziły jednakże różne trudności, którym dotąd nie można było podołać. Usunąwszy takowe, ogłaszam przedpłatę na wydawnictwo dzieł tanich i pożytecznych, w przekonaniu, że znaczna większość wykształconych Obywateli potrzebę takowego uznać i licznem przystąpieniem do przedpłaty utworzyć raczy dostateczny, a do urzeczywistntenia tego przedsięwzięcia konieczny fundusz.

Do Was przemawiam przezacni Mężowie, którzyście pracą i poświęceniem zdobyli wyższy stopień wiedzy, abyście nie odmawiali skutecznéj i wszechstronnéj pomocy a zasilając radami i pracami Waszemi wydawnictwo to, umożebnili na téj drodze krzewienie zdrowéj oświaty w narodzie.

Zapatrując się z niezachwianą wiarą przodków naszych na posłannictwo *najprzewielebniejszego Duchowieństwa*, upraszam takowe, by raczyło popierać usiłowania nasze, a oraz przystępując licznie do wydawnictwa, postanowiło tworzyć z odebranych dzieł Bi-

blioteczki parafialne, które z czasem stanowić będą wysokocenne materyały do dalszego podniesienia wiedzy i oświaty w kraju naszym.

Prospekt wydawnikiwa dostać można w biurze, które się znajduje w Krakowie przy ul. Floryańskiéj Nr. 340, 2 piętro.

Oto spis dzieł, które od 15tu do 25cio arkuszowemi tomami, z początkiem r. 1866 począwszy, co miesiąc szanownych panów przedpłacicieli dochodzić będą:

I. Dzieje Polski XVIII i XIX wieku, osnowane przeważnie na niewydanych dotąd źródłach przez Henryka Szmitta, tomów trzy (arkuszy 60). Tom pierwszy ukaże się w styczniu, drugi w czerwcu, a trzeci w lipcu. 2. „O szkole“ Jules Simon'a (z francuzkiego ark. 20), dzieło które zasłużony znalazło rozgłos w całéj Francyi. 3. „O rządzie reprezentacyjnym“, rzecz napisana przez sławnego publicystę angielskiego Jana Stuarta Mill'a (przekład ark. 15.) 4. Lucyana Siemińskiego żywot Tadeusza Kościuszki (ark. 30.) 5. „Świat roślinny“, przez samego botanika niemieckiego Karola Müllera, przekład H. Witowskiego (z licznemi illustracyami ark. 30.) 6. Literatura starożytnego Wschodu, Hellady i Rzymu z przykładami tłómaczonemi przez Józefa Szujskiego (ark. 30). 7. Kalendarz rolniczo-przemysłowy (arkuszy 10 do 15. Arkusz po 5 cent. na drodze prenumeraty.)

Co niniejszém w skutek uprzejmego Pisma W. P. Posła z dnia 19. Sty. 1866 ku zachęceniu Wiel. Duchowieństwa Naszego ogłasza się. Tarnów 15. kwietnia 1866.

N. 2776 ex A. 1865.

G. Pastor Bonus solatur tristes.

(Juxta Pastor. Clariss. Amberger tom. III. elaboratum a quodam Presbytero)

Tristes et adversa patientes solandi, eminens vere officium est Curati, quod fiduciam parit; ast etiam *fiduciam* exigit. S. Chrys. ad pop. Antioch. hom. 6. inter alia dicit: *„Si non solamur vos, unde solatium capietis? Judices saeculares terrent, sacerdotibus solari convenit, — principatus minantur, ecclesia erigit mentes. Magistri puniunt liberos, qui dum lachrymantes revertuntur, matres eos in sinum recipiunt, amplectentes lachrymas detergunt et osculantur ipsisq: persuadent, pœnam fuisse salutarem.“* Ne solatium **effectu careat,** ante omnia in Curato ipso **pax** interna desideratur **corque paternum.** Cognoscat ergo fontem tribulationis, — licet longa sit narratio historiæ ejusdem, patienter audiat, primo simul contristetur, postea autem ostendat, malum illud non esse tam arduum, uti sibi repræsentavit, — proinde exaggerationes quærelæ compescat, — vix enim sine exaggerationibus quærelæ reperiuntur. Postea faciat Curatus comparationem tristis status ejusdem cum aliis multo infelicioribus, — edoceat, nullum dari casum infaustum ex coeco fato omnemque eventum prodire ex permissione aut voluntate benignissimæ et sapientissimæ Providentiæ, suum etiam habere finem atque emolumentum. Calamitates sunt minæ pro peccatoribus, pro bonis media augmenti virtutis, pro ambobus „tentationes,“ quas qui *suffert, beatus* dicitur, *quoniam, quum probatus fuerit, accipiet coronam vitæ, quam repromisit Deus diligentibus se.* (Jac. 1.) Casus adversi corrigunt mores, docent æstimare beneficia divina et orare, ad laborem stimulant, vanitatem et inconstantiam rerum mundanarum monstrant, ducunt ad persuasionem, terram non esse paradisum stabilis fortunæ, nonnisi scholam exercitii in fide et in obedientia voluntati divinæ. In schola tribulationis virtus demum maturescit, in abundan-

tia bonorum raro meminit homo æternitatis, cor suum obdurat, pauperem despicit, substantia terrena ad gulam, ebrietatem, luxuriam, superbiam abutitur, — aut fit tenax, avarus, in pecunia cœlum suum quærens. Dum autem homo fortunam adversam experitur, cognoscit, se a Deo dependere, ad quem se convertit. S. Aug. ait: „*Adam & Job fuerunt ab uxoribus suis ad peccatum tentati, — prior cadit, alter vincit, licet Adam in statu primitivae innocentiae floruerit, alter autem ex progenie peccatorum natus et infirmitate circumdatus fuerit, — quoniam ille in paradiso, hic in sterquilinio tentatus fuit*".

Ostendat Curatus **exempla** Christi patientis et sanctorum martyrum. „Sumus" „*filii et haeredes Dei, cohaeredes autem Christi; si tamen compatimur, ut et conglorificemur. Existimo enim, quod non sunt condignae passiones hujus temporis ad futuram gloriam, quae revelabitur in nobis.*" (Rom. VIII, 17. & 18.)

II. Pastor Bonus Pater est pauperum et infelicium.

Officium pauperes et infelices suæ parochiæ paterno amore tutandi, qua præceptum divinum omnibus sæculis ab Ecclesia Curatis inculcabatur. Synodus diœcesana Antverpiensis a. 1610 cap. 11. tit. 16 hortatur Parochos, quatenus egenis ex proprio reditu, si valent, subveniant; si vero non valerent. pro iis apud ditiores suæ curatiæ intercedant et illorum necessitatibus auxilium ferant, neve aliquas taxas jurium stolæ ab iis recipiant. Similiter Conc. Mediol. mandat Parochis specialem curam pauperum suæ parochiæ præcipue puberum virginum, viduarum, orphanorum, pupillorum, infantium, aegrotorum, senum imo omnium, corporali aut spirituali misericordia indigentium,*) ut illis secundum vires suas auxilium ferant et alios exemplo ac exhortatione ad officium a Christo in suis pauperibus membris eleemosynam largiendi adigant. Curatus explendo illud officium fit misericordis Providentiæ instrumentum, vicarius Christi, veri Pastoris, qui pauperibus pro aliis ministrabat et prædicationem evangelii *pauperibus* qua signum sui adventus (Isai. 61, 1.) indixit, — dignum erit organum ecclesiæ, quæ ab initio suo curam specialem pauperum agebat et Diaconos ad illud munus ordinabat. Quum Laurentius interrogatus fuisset, ubi thesauros ecclesiasticos habeat, monstrabat pauperes. In iis enim est ipse Christus, qui dixit: „*Amen dico vobis, quamdiu fecistis uni ex*

---

*) Inde variæ pauperum Institutorum denominationes; ut a) **brephotrophia** pro infantibus; b) **orphanotrophia** pro orphanis; c) **nosocomia, hospitalia,** pro aegrotis; d) **xenodochia,** hospitia pro peregrinis; e) **gerontocomia,** pro senibus & f) **ptochotrophia** pro pauperibus cujusque generis."

Nullane oris ex nostris proferamus **verba** aut **exempla** de cura circa pauperes? **Verba,** Synodus Gnesn. ex A. 1628 sub titulo: **De cura et administratione hospitalium**... talia Pasteribus obsequenda reliquit: „Magnus census est pauperum, fidelium charitas et diligens atque ordinata hospitalium administratio; quae, cum **pastoralis** non postrema sit pars **officii,** dent operam parochi, ut non solum ipsi ex frugalitate et parsimonia sua, necessitatibus illorum subveniant, sed et alios, quibus forte cura eorum incumbit inducant ad explendum sedulo officium suum &c. &c."

Exempla. Urbes, oppida, pagi, quot et quibus gauderent plures fundationibus in favorem pauperum, traditio aut historia memoriae tradiderat; imo et ipse adhuc existentes testimonium desuper ponunt præ oculis. Confer. N. 594 in Cur. II. ex a. 1866.

his fratribus meis minimis, Mihi fecistis." (Math. XXV. 40.) Exinde Curatus reportat ditissimum proemium, cura etenim pauperum opus est illius fidei, charitatis, humilitatis et mortificationis. S. Ambrosius epist. 41 scribit: „*Dum pauperes alis illorumque vulnera lavas, abstersisti pedes Christi.*" Tobias (IV. 7.) filium suum hortatur: „*Ex substantia tua fac eleemosynam et noli avertere faciem tuam ab ullo paupere; ita enim fiet, ut nec a te avertatur facies Domini. Quo modo potueris, ita esto misericors. Si multum tibi fuerit, abundanter tribue; si exiguum tibi fuerit, etiam exiguum libenter impertiri stude. Præmium enim bonum tibi thezaurizas in die necessitatis, quoniam eleemosyna ab omni peccato et a morte liberat et non patietur animam ire in tenebras*" In Ps. 40. canimus in Officio def: „*Beatus, qui intelligit super egenum et pauperem, in die mala liberabit eum Dominus.*" Benedictio comitatur gressui Curati, qui vere **pater** est **pauperum,** incorporatæ parochiæ, communitates ei fident et per manus ejus ditiores eleemosynas tribuent lachrymæque pauperum sepulchrum ejus rigabunt lachrymisque suis peccata illius lavabunt. Ecce pulcherrimum panegyricum; tales enim gemitus gratitudinis adjutorum a defuncto pauperum salutare fient solatium animæ ejus.

Curatus **debet** egenis **spirituale** et **corporale** subsidium, sicut pater liberis suis. Servitia **spiritualia** præstare tenetur omnibus, ad pauperes autem evangelizandos misit Christus **speciatim;** illi enim solatio spirituali magis indigent et ad illud capiendum majorem habent receptivitatem, praecipue, si in Curato suo benefactorem quoque in suis indigentiis **corporalibus** conspiciunt. Beneficientia illius non solum mendicos illosque, qui **quotidiano succursu** indigent, comprehendat, sed opere et consilio auxilietur iis, qui **pudore** affecti, qua egeni publice non prodeunt. Quum saepe Parochus dispensator sit *fundati peculii* *) pauperum, hos non praetereat; — solvat in quantum priorum fundatorum intentio hoc admittit, debita solvendi non propria culpa imparium; infantes alat egenorum, cum St. Vinc. a Paulo sit tutor orphanorum, parentibus orbatorum, licet ex illegitimo sint thoro; — non curet verba malorum, qui ipsi perversi omnia perverse interpretantur, imo bonis quoque sacerdotum operibus qua testimoniis contra illos utuntur. Mundis omne est mundum, coinquinatis autem coinquinatum — et ictero (żółtaczka) laborantibus omnia flavescunt. Non horrescat cum S. Nicolao Ep: virginibus dote succurrere ad tutandam illarum castitatem. Memor sit I. ad Tim. V, 16: „*Si quis fidelis habet viduas, subministret illis,*" — imo, si vires sufficiunt, hospitaliter excipiat etiam peregrinos in domum suam; haec autem omnia semper cum simplicitate columbae ast etiam cum prudentia serpentum, ne in laqueum incidat.

---

*) Administratio pauperum peculii facessit quidem Ecclesiae Rectoribus aerumnas, verum ipsae non deterreant a fatigio hilari. Quid ipsi civiles de pauperum Instituti osoribus sentiant, sequens factum exemplo esto: Quum nostris temporibus parochus ex opulentioribus quidam immediate ad Exc. C. R. Gubernium Leopoliense resignationem ab officio dispensatoris peculii fundati pauperum xenodochii, quoniam inamoenitates circa distributionem illius experiretur, promovisset, desuper, — a saeculari subsellio — juste arguebatur illique innuebatur, ut potius a **beneficio resignet,** quodsi tam eminens officium christianum **patris pauperum** explere nolit. Utinam quoque *famulitium* domesticum et ecclesiast. experiatur largitatem!


Subsidio pecuniario saepe insufficiens adhuc tribueretur eleemosyna; majus beneficium est, si in charitate non ficta bonum datur **consilium**, quomodo **labore conveniente** et occupatione sibi victum et amictum procurare valeant. In elargienda eleemosyna **prudentia** est necessaria, ne vere egenis et debilibus, luridi, sani, ignavi, vagi praeferantur. Aperiamus non solum aures ad vocem petentium, sed etiam oculos ad necessitatem perpendendam. Impudentem clamorem non praeferas tacito gemitui, — nec per alios largire eleemosynam, sed optime **propriis manibus**, quae eadem sanctificantur, dumque eas in oratione subleves, ad illarum conspectum Dominus te exaudiet, — non pudet Christum per pauperes suscipere, te non pudeat Ei dare, — denique certior eris de largitione, saltem juxta voluntatem tuam dispertita inter digniores.

Largire etiam ex **proprio**, nam licet ipse pauper esses, non es pauperior vidua Hierosolymitana, de qua Jesus dixit, quod omnem suam substantiam in carbonam misit, — nec pauperior illa vidua Sareptana, que ex residuo farinae pugillo, tempore famis, *panem subcinericium* prophetae Eliae offerebat. Chrysostomus (serm. 3) ait: „*Aqua non est tam idonea ad lavandas corporis sordes, quam eleemosyna ad animae maculas tergendas;* date, et dabitur vobis et det „*unusquisque, prout destinavit in corde suo, non ex tristitia aut ex necessitate, hilarem enim datorem diligit Deus. Potens est autem Deus omnem gratiam abundare facere in vobis, ut in omnibus semper omnem sufficientiam habentes abundetis in omne opus bonum, sicut scriptum est: Dispersit, dedit pauperibus, justitia ejus manet in saeculum saeculi.*“ (II. Cor. IX, 7.) Et S. Chrysosth. (de eleem. serm. 1) „*Haec est eleemosyna, si, dum das, ita laetaris, quasi acciperes.*“

Publicæ autem **mendicationi** *) sit Curatus in sua parochia pro posse adversarius, sed non tali modo, ut mendici eleemosyna orbati fame pereant, ast studendo, ut locales egeni unitis communitatum viribus Instituto pauperum amplificando aut erigendo aut *collectione...* necessitatibus vitae provideantur, — neve familiae membra sua senio, debilitate vel morbo confecta ad mendicandum e **domu sua ejiciant.** Characteristicon religionis christianae est charitas, nec illi qua discipuli Christi habeantur, qui charitatem non habent; sunt enim spiritualiter mortui. „*Ostende mihi fidem tuam sine operibus et ego offendam tibi ex operibus fidem meam.*“ (Jac. II, 18) „*Si linguis hominum loquar et angelorum, charitatem autem non habeam, factus sum velut aes sonans aut cymbalum tinniens.*“ (I. Cor. XIII, 1)

Continuatio sequetur.

*) Tot jam Alti Regiminis Circularibus **publica** mendicatio prohibita extitit, nihilominus tot cernimus importunos mendicos alienos! E suggestu frequenter hoc de negotio declametur; ne proprii in alienis vagentur parochiis, et ne alienis suppeditetur auxilium; porro, ut seniores locorum vagabundis invigilent, arceantque a mendicitate vetita, adeoque a reatu grandi coram Deo, Ecclesia, Civitate, populoque . . . haud libera



Casu sinistro edocti reflectimus, ne tituli philurarum interiorum, typo pro fundationum Conspectibus impressarum, et variis Ecclesiis immissarum, ob duplicem causam naturalem abscindantur, sed integræ ut philuræ, sine mutilatione, adhibeantur.

E Consistorio Episcopali,

Josephus Alojsius,
Episcopus Tarnoviensis.

Tarnoviae die 19. April. 1866.

JOANNES FIGWER, Cancellarius.

Tarnoviæ & Premisliæ. Typis Anastasii Rusinowski, 1866.
Impensis Illustrissimi ac Reverendissimi Consistorii.